

/ Ill/me et R/me Cardinalis Domine Clementissime. 1651

Silentium quod mihi hactenus multae causae imperavere, rumpere tandem jussit dura necessitas, ac grave rebus meis inflictum vulnus; quod quale sit, haud pigeat ex ore insignis viri D. Henrici Verlaei Agentis Romani, qui hasce, ut puto, sua reddet manu, coram cognoscere, Jamvero desideratae opis a S. Apostolica Sede facilius consequendae, quia in authoritate ac patrocinio Ill/mae et R/mae D/is V/ae mihi permagna spes reposita est: quam possum enixissime oro atque obsecro, veterem clientem suum, cujus fortunam multiplicesque
10 pro fide Catholica casus ac pugnas ex priorum memoria temporum et recordari ipsa et testari aliis poterit, jam medio quasi mari fluctuantem, anchora favoris sui fulcire, votisque meis et apud S/um D/um N/um et apud Ill/um D. Datarium ita aspirare dignetur, quo pristinus Apostolicae benignitatis fructus, defuncto jam filio natu maximo, S. Apostolicae Sedis pensionario, reliquis etiam liberis meis aliquo saltem deinceps constare judicio possit. Quod superest, Ill/mae et R/mae D/is V/ae minus humilime exosculor, meque pristinae ejus tutelae ac patrocinio totum dedo atque commendo. Aschaffenburg
XXI. Decembr. A° MDCXV.

20 Ill/mae et R/mae D/is V/ae

Devotissimus Cliens

J. Baronius D. consiliar. D. Fogg

(adresse): Ill/mo et R/mo D'no D'no Roberto Bellarmino S.R.E. Tit. S. Mariae in Via Card. D/no meo Clementissimo.

25 Mss. Cervini 54 fol. 117-118. Deux autogr. et copie. Au verso la rép. du cardinal (7 juin 1616)